



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXIII. Die Markgrafen Ludwig der Römer und Otto verschreiben dem Dobergast von der Ost zum Ritterlehne und dessen Vater Betkin eine Hebung aus Blumberg, am 7. April (1350?).

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXII. Markgraf Ludwig verschreibt an Betkin von Ost Gebungen aus dem Dorfe Bugarten, am 5. Januar 1349.

Nouerint vniuersi, tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludewicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Comes palatinus Reni, Bauarie et Karinthie Dux sacrique Romani imperii Archicamerarius, obligauimus et exposuimus presentibus etiam locamus strenuo militi Betkino de Ost, fideli nostro dilecto, precariam denariorum frumenti et carniū ville Wugarden, nec non cum singulis pertinentiis, nobis in eadem villa vacantibus ad premissa, pro trecentis marcis argenti Brandenburgensis et ponderis, quas pro nostris sumptibus et vsibus nostri nomine exposuit et adhuc exponere secundum iustam rationem debet, tam diu tollendam et percipiendam, quousque sibi aut suis heredibus de predictis trecentis marcis satisfecerimus integraliter et complete. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testes vero hujus sunt strenui viri Ludewicus de Wedel, Albertus de Wolffstein, Hasso de Falkenburg, Tidericus Brederlo, milites, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Frankford, anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo nono, feria secunda in vigilia Epiphaniae ejusdem.

Nach einer Abschrift in der von Dreger'schen handschriftl. Sammlung.

XXIII. Die Markgrafen Ludwig der Römer und Otto verschreiben dem Dobergast von der Ost zum Ritterlehne und dessen Vater Betkin eine Gebung aus Blumberg, am 7. April (1350?).

Domini ambo contulerunt Dobergast de osth, militi, ad miliciam suam et Betkino, patri suo, et ipsorum heredibus XIII frusta annuorum reddituum, sita in precaria ville blumberch in merica massin, perpetue possidenda iusto pheudi titulo, eo jure, quo dominus habuit. In cuius etc. Testes Bombrecht, Nimicus de Hele, Hager, Lengfeld. Datum Frankford, feria III post quassimodogeniti.

Aus Sachwiz'scher Abschrift. Das Jahr der Ausstellung fehlt.